



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi  
Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Jnnocentiam baptismalem seruat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

hendum in lusum , ne studio orationibusque  
crebrioribus mentem fatigaret. Neque ta-  
men sodales, quibus iucundissimus erat , si se-  
cum non luderet, offendebantur; quod & vir-  
tutem eius nossent , & ob sanctitatis studium  
abstinere eum lusu existimarent.

Attigerat vndeциimum ætatis annum, cum *Preparat*  
per occasionem Festi cuiusdam solemnis ver-*se ad pri-*  
*mam Com-*  
tentis, deliberare cœpit Ioannes de adeundâ, *munionem.*  
quâ huc usque abstinuerat, Synaxi sacrâ ; ha-  
bitaque diligenter in conscientiam quæstio-  
ne, ad Superiorem adit , rogatum ut peccata  
excipiat sua. Religiosus ille Curio non leuiter  
sensit columbinæ illius simplicitatis se can-  
dore excitari , præcipue quod id nemo alias  
contubernialium fecisset : auditaque confes-  
sione , innocentissimum purissimumque eius *Mentis in*  
animum reperit , ut testetur etiamnum vi-*Ioanne pri-*  
uus incolumisque, dum hæc scribo, dubitasse *ritas.*  
se tum, satisne suppeteret erratorum , quæ le-  
uem faltem materiem absoluendi præberent ;  
adeò hucusque se procul habuerat omni labe  
vitiorum. Quod verò deinceps ad extreum *Innocentia*  
usque vitæ diem seruarit intactam, puramque *baptismalis*  
omni mortali flagitio prætextam innocentia*seruata.*  
in Baptismo acceptæ, præterquam quod con-  
fessionum eius arbitri ( vti alibi dicetur) asse-  
uerent , ipse quoque testatum schedio scripto  
reliquit , in quod breuiter , gratitudinis ergo,

A 3                    collata

collata sibi à Deo beneficia , his verbis conie-  
cit : *Fecit Christianum socium IESV, amicum,*  
 *sponsam conseruauit sine peccato mortali.* At-  
que hæc caufa fuit , cur initio sui in Societa-  
tem ingressus, dum spiritualibus primùm ex-  
ercitationibus coleretur , meditando de pec-  
catis proprijs (quorum reputatione , aliorum  
obdurata pectora in pœnitentiam , ac dolore  
rem & planetum , pudoremque molliri so-  
lent) ipse se aridum siccumque , & omnis ex-  
pertem motionis sentiret ; quod aliàs quoque  
semper , quoties de peccatis meditando cogi-  
taret, euenisse sibi , scriptum in hæc verba reli-  
quit : *In exercitio de peccatis in saeculo , totus*  
*fui siccus & aridus, & sine ullâ commotione.* Et  
dum iterum Romæ eadem exercitia obijset ,  
ita scribit: *Succesit sine ullâ prorsus cōmotione.*  
Cū denique tertium ac postremū sese ijs  
imbuisset, *Succesit, ait, sine ullo affectu, & in*  
*primo & secundo puncto , magnam passus sum*  
*desolationem.* Nempe, quòd nihil admodum  
reperiret, cuius, vti diximus, admissi pœnitere,  
culpamque deplorare posset. Felicem pro-  
fectò adolcentulum, qui diuino fauore gra-  
tiaque nixus , didicerit virtutum ædificium,  
firmo innocentiae in Baptismo datæ funda-  
mento imponere, idemque mox per eos , qui  
deinde viti sunt gradus , in tantam extruere  
altitudinem perfectionis! Institutâ, quam di-  
ximus,

Certa ba-  
ptismalis  
innocentia  
indicia.